



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XXIII. Ex statuto domini Pilgrini Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit:
Apud multos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

XXI.

*Ex eodem Concilio generali, quod habetur de usurariis in cap.
Quamquam, libro sexto.*

Manifesto usurario, licet mandauerit usuras restituui, ecclesiastica sepultura denegari debet, nisi primo, prout facultates patiuntur, satisfaciat, vel de restituendo idonee caueat illis quibus restitutio facienda, si praesentes fuerint: vel, ipsis absentibus, loci ordinario, aut eius vices gerenti, siue rectori parochialis ecclesiae in qua habitat, coram fide dignis de parochia, in cautione huiusmodi exprimendo quantitatem usurarum receptarum, si huiusmodi fuerit quantitas manifesta: alioquin, aliam quantitatem ipsius recipientis arbitrio moderandam: qui, si scienter minorem quam visibiliter creditur, moderetur, tenebitur ad residui satisfactionem. Et eos contra hanc constitutionem sepeliendo, Lateranensis Concilii poenam incurront. Testamenta quoque talium usuriorum alias facta non tenentur: nec debet aliquis interesse, nec eos absoluere, aut etiam admittere ad confessionem.

XXII.

*f. viii-
menfi- *De constitutione Concilii * Vienensis, quae habetur in Clementina [contra eos] de sepulturis.*

Sepelientes scienter usurarios manifestos, etiamsi exempti fuerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurront: a qua, nisi satisfactionio prius competenter eis quibus ex hoc iniuria est irrogata, facta fuerit, nullatenus absolui debent.

XXIII.

*Ex statuto domini Pilgrini Saltzburgensis archiepiscopi,
quod incipit: Apud multos.*

Usurarii, postquam a suis rectoribus tria monitione fuerint nominati moniti, si infra mensem non desistent, eo ipso excommunicationis sententiam incurront. Et ecclesiarum rectores & prelati tenentur suos subditos manifestos usurarios monere & inducere, ut infra mensem ab huiusmodi prauitate desistant, & de perceptis satisfaciant cum effectu. Quod si non fecerint, eos excom-

Vuuu iij

municatos denuntient , certificantes nihilo minus eos ,
quod si in hoc peccato decesserint , ecclesiastica sepultu-
ra carebunt. Quos si rectores scienter sepelierint , simili-
ter ipso factō excommunicationis sententia sunt ligati. Et
manifesti usurarii dicuntur , de quibus est publica vox &
fama , & certa sunt indicia & argumenta , quod pecu-
nias mutuant ad usuras , easque recipiunt , vel fructus rei
pignoratae ex pacto , vel alias sibi imbusant , nec compu-
tant in sortem pecuniae mutuatæ.

XXIV.

*De spoliatoribus & raptoribus stratarum , ex statuto domini
Joannis Tusculani , quod incipit : Spoliatores stratarum.*

Excommunicati sunt ipso factō spoliatores stratarum ,
& raptore transiunt per vias , & eisdem dantes au-
xilium vel fauorem.

XXV.

*De his qui scienter emunt prædam , ex statutis domini Eberhardi
Salzburgensis archiepiscopi.*

Nullus prædam aliquam scienter emere vel tenere præ-
sumat: alioqui nisi infra mensem prædam ipsam , aut eius
estimationem , si deprædata & ablata haberi non possit ,
restituat , excommunicationis sententia percellatur.

XXVI.

*Qualiter decimæ sunt persoluendæ , & qualiter puniri debeant
laici decimas sibi usurpantes , ex statuto domini Guidonis
cardinalis apostolicæ sedis legati.*

Decimæ tam antiquæ , quam etiam de noualibus maio-
res & minutæ , iuxta laudabilem consuetudinem patriæ
integraliter sunt persoluendæ. Et laici decimas , maxime
noualium & minutæ sibi usurpantes , ab ingressu ecclesiæ
usque ad satisfactionem condignam sunt suspensi.

XXVII.

*De his qui imponunt aut exigunt noua passagia , vel antiqua
augmentant , ex statuto domini Ioannis Tusculani
episcopi , quod incipit : Imponentes.*

Noua passagia imponentes & exigentes , vel antiqua